GREGORIUS I. MAGNUS
Österreich (?), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 88r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



et quod uolentes foris egimus. hoc interius paciamur inuiti
Utquedam cogitacionum fantasmata mentem per imagines
corporeas dispergant: ne uox stricte tota in oracione
se colligat; Hec quoque uox carnis est; Cum uero et is
ta subigimus atque ab oculis mentis cunctas corporeas ima
gines effugamus. ipsam in nobis et ipsis naturam anime
querentes. qualis sit que carnem uiuificare potest:
Sed semet ipsam stringere in bonis cogitacionibus sic desi
derat non potest. Inuenimus quendam intellectualem
spiritum per creatoris potenciam uiuentem corpus quod sus
ci uiuificantem. sed tamen obliuioni subditum mutabili
tati subiectum: Que sepe timor afficit leticia et
tollit; Ipse itaque intellectus anime uox eius est quia sonat
quod est; Que tamen adhuc uox subfirmamentum est; sed tran
scendentes animam uocem de firmamento querimus. Cum illa
sanctorum angelorum innumera multitudo in omnipotentis domini con
spectu qualis sit inuestigamus. Que sit in eis sine fine
festiuitas uisionis dei. que leticia sine defectu. quam
oris ardor non crucians sed delectans: Quantum in eis sit
desiderium uisionis dei cum satietate. et quanta satietas
cum desiderio. In quibus nec desiderium poenam generat nec
satietas fastidium parit. Quomodo inherendo beatitudine

sint beati